Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26205
Copyright: Admont, Benediktinerstift



9

S; habet sane habet certe tam aut sauitatis aut modi. Non lubet enim deplorare uita quod multis inuocti sepe fecerunt. Neq; me uixisse penitet quoniam ita uixi ut nos frustra me natum existimem. Et ex uita ita discedo tamquam ex hospitio non tamquam e domo. Comorandi enim natura diuersorium nobis non habitandi dedit. O praclarum diem cum ad illud diuinum animum coetum ceterumque proficiscar cumque ex hac turba et conluuione discedam proficiscar enim non ad eos solum uiros de quibus ante dixi uerum etiam ad catonem meum quem nemo uir melior natus est nemo pietate prestantior. Cuius ame corpus est crematum quod contra decuit a illo meum. Animus uero nunquam me deserens sed respectans in ea profecto loca discessit quo ipse cernebat ire uenturum. Quae ego meum casum fortiter ferre uisus sum non quo aequo animo ferrem si me ipse consolabar existimans non longinquum uitam nos digressum et discessum fore. His in rebus scipio id enim cum lelio te admirari solere dixisti leuius esse senectutem nec solum non molesta sed etiam iucunda. Quod sim hoc erro quod animos hominum immortales esse credo libenter hoc mihi hunc errorem quo delector dum uiuo eripi nolo. Sin mortuus ut quidam minuti philosophi censent nihil sentiam non uereor ne hunc errorem meum mortui philosophi irrideant. Quod si non sum immortalis futurus tamen extingui hominum suo tempore optabile est. Ita habet natura ut aliarum rerum omnium sic uiuendi modus. Senectus autem est etatis patrio tamquam fabula. Cui defetigationem fugere debemus presertim adiuncta satietate. Hec habui de senectute que dicerem. Ad quam utinam puenatis ut ea quae ex me audistis re experiamini. Finit

M. Tullii Ciceronis Cato maior explicit.

M. Tullii Ciceronis Lelius uel de amicitia incipit.

Quintus Mutius augur scaeuola multa narrare de C. Laelio Socero suo memoriter et iucunde solebat nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem. Ego autem a patre ita eum deductus ad scaeuolam sumpta uirili toga ut quo ad possem et liceret a senis latere numquam discederem. Itaque multa ab eo disputata prudenter multa etiam breuiter commodeque dicta memoriae mandabam fieri que studebam eius prudentia doctior. Quo mortuo me ad pontificem scaeuolam contuli quem unum nostra etatis ingenio et iustitia principem ciuitatis audeo dicere. Sed de hoc alias. Nunc redeo ad augurem. Cum sepe multa cum memini domi in hemicyclo sedentem ubi solebat cum ego cum [illegible] adhibiti familiares in eum sermonem illum incidere quod cum sere multis etiam in urbe memini te ante hanc ipsam mentionem incidisse exposuit nobis sermonem Lelii de amicitia habitum ab illo scaeuola cum in ea ipsa mentione incidisse exposuit nobis sermonem Lelii de amicitia habitum ab illo scaeuola cum in eadem